

Contrarii:

vesperī	↔↔	_____	indignus
prōcēdere	↔↔	_____	latum
futūrum	↔↔	_____	saepe
magis	↔↔	_____	miser
rārō	↔↔	_____	minuere
fatērī	↔↔	_____	intūs
omnēs	↔↔	_____	itaque
pauper	↔↔	_____	māne
angustum	↔↔	_____	recēdere
tamen	↔↔	_____	praeteritum
beātus	↔↔	_____	dīves
velle	↔↔	_____	negāre
augēre	↔↔	_____	minus
dignus	↔↔	_____	nēmō
forīs	↔↔	_____	nōlle

Nova Lectio:

Albinus: Salvē, iānitor.

Sanniō: Salvē, quis es tū?

Albinus: Albinus sum, mercātor ūrnāmentōrum sum.

Sanniō: Albīnus, eh? Nōmen tuum est facile dictū. Quid vīs?

Albīnus: Habitatne hīc Dōrippa? Veniō eam salūtātum.

Sanniō: Hīc habitat, sed nunc abest. Sed laetus sum quod tū venis eam salūtātum. Trīstissima est hodiē.

Albīnus: Facile intellectū erat. Vēnit ad tabernam meam cum lacrimīs in oculīs. Fortasse eam hīc expectō.

Sanniō: Ecce! Iam revenit Dōrippa!

Albīnus: Bene visū! Salvē Dōrippa!

Dōrippa: Salvē, Albīne. Sed cūr tū hīc ades? Sī venis ḫ̄namenta venditum, prāvē facis...

Albīnus: Nōn ḫ̄namenta venditum, immō, veniō tē salūtātum et, tibi hunc ānulum aureum portātum!

Dōrippa: Quid? Ānulum mihi fers? Mirabile auditū! Gratiās plurimās tibi agō! Quam bonus es tū!

Comprehensiō

1. Quis est Albīnus?
 - a. iānitor
 - b. amīcus Sanniōnis
 - c. ornāmentum
 - d. tabernarius
 2. Cūr venit Albīnus ad īnsulam Dōrippae?
 - a. vult ānulum emere
 - b. vult ānulum vendere
 - c. vult Dōrippam salūtare
 - d. vult dormīre
 3. Quōmodō sciebat Albīnus Dōrippam trīstem esse?
 - a. Dōrippa lacrimābat
 - b. Dōrippa cantābat
 - c. Dōrippa ānulum habēbat
 - d. Albīnum expectābat
 4. Verum aut Falsum: Albīnus ānulum Dōrippae vendere vult.
 - a. verum
 - b. falsum
 5. Quid, sententiā tuā, nunc facient Albīnus et Dōrippa?
-
-

Iānitor probus (cap. I–XXII)

Dōrippa, amīca Lȳdiae, sōla habitat Rōmae in domō apud Tiberim flūmen. Forēs domūs cūstōdit iānitor, cui nōmen est Sanniō.

Dōrippa Lepidum amīcum habēbat, sed iam eum ē domō suā pepulit, quia eum falsum amīcum esse
arbitrātur.

Domum reversa Dōrippa iānitōrī “Sī Lepidus redit” inquit, “nōlī admittere eum! Virum illum improbum iam vidēre nōlō. Nōn mē, sed ancillam amat.”

Vesperī Lepidus cum novīs flōribus redit atque iānuam pulsat clāmāns: “Heus, iānitor! Aperī iānuam!
Lepidus sum. Veniō amīcam meam salūtātum.”

Sanniō: “Nōn licet mihi tē admittere. Dōrippa tēcum colloquī nōn vult. Putō eam iam dormītum ivisse. Dīcit ‘nōn sē, sed aliam fēminam ā tē amārī’.”

Lepidus: "Nōn vērum est quod illa dīcit. Ego sum vērus amīcus quī amīcam meam nōn fallō. Necesse mihi est cum eā colloquī."

Sanniō: “Sed Dōrippa mē iubet tibi iānuam claudere.”

Lepidus: "Nōn oportet illī fēminaē sevērae pārēre! Iam aperī iānuam!"

Sanniō: "Profectō dominae meae pārēbō. Tē nōn admittō."

Lepidus dēnārium prōmit et iānitōrī ostendit: “Ecce dēnārius” inquit, “sī iānuam mihi aperīs, dēnārium tibi dō.”

Sanniō: “Quamquam pauper sum, istam pecūniam ā tē accipere nōlō. Ego dominam meam nōn fallō!”

Tandem Lepidus intellegit sē iānitōrem probum nūllō modō movēre posse. Flōrēs ante forēs iaciēns
“Valē” inquit, “iānitor – dūrior es quam forēs tuae!”

Comprehensio

1. Verum aut falsum: Dōrippa cum Lydiā habitat.
a. verum b. falsum
 2. Ubi habitat Dōrippa?
a. in īnsulā Tiberīnā b. procul ā flūmine c. prope flūmen d. Tusculī
 3. Quid est officium Sanniōnis?
a. domum protegit b. nāvem ducit c. pontem aedificat d. Lydiam amat

4. Cūr Lydia nōn vult Lepidum vidēre?

- a. ānulum nōn habet b. pecūniōsus est c. forēs custodit d. aliam fēminam amat

5. Cūr venit Lepidus ad domum Dōrippae?

- a. vult ānulum emere b. vult flōrēs vendere c. vult Dorippam salūtāre d. vult dormīre

6. Quid credit Sanniō Dōrippam nunc facere?

- a. cum amīcā loquitur b. flōrēs emit c. in lectō esse d. in forō esse

7. Cūr Sanniō Lepidum nōn admittit?

- a. quod Lepidus pecūniōsus est b. quod Dorippa dormit c. quod Sanniō Dorippae paret

8. Quōmodo Lepidus conātur in domum intrāre?

- a. iānitōrem pulsat b. iānitōrī pecūniā offert c. forēs iānitōris pulsat d. ianuam rumpit

9. Verum aut falsum: Sanniō multam pecūniā habet.

- a. verum b. falsum

10. Cūr ianitor, verbīs Lepidī, “dūrior quam forēs” est?

- a. quod iānitor fortis est b. quod iānitor Lepidum nōn admittit c. quod iānitor pecūniā accepit
d. quod iānitor stultus est

Capitulum XXIII

1. Ā quō epistula missa est?

2. Quōmodo Iūlius epistulam aperit?

3. Quid magister scripsit dē Mārcō?

4. Cuius nōmen in tabulā īscrīptum est?

5. Quam ob rem rubet Mārcus?

6. Negatne Mārcus sē malum discipulum fuisse?

7. Quid Mārcus parentibus suīs prōmittit?

8. Quō Dāvus puerum dūcit?

9. Quārē Iūlius surgit?

10. Quid Iūlius magistrō respondēbit?

11. Cūr mercēdem solvere nōn vult?

Fac imagines:

1. Magister stilō suō addit litterās quae dēsunt; ita menda corrigit. Tum vērō "Nec sōlum" inquit "prāvē et turpiter, sed etiam nimis leviter scrībis. Hās līneās tenuēs vix cernere possum."
2. Aemilia numquam Iūlium salūtābat, cum eum in forō Rōmānō vidēbat, quamquam ipsa ā Iūliō salūtābātur.
3. Aemilia: "Cōgitāmus dē... miserīs nautīs, quōrum officium est nāvigāre, sīve mare tranquillum sīve turbidum est."
4. Tabellārius, tōtō corpore tremēns, ex ōstiō cēdit: sīc canis eum ē villā pellit.
5. Mārcō in cubiculum ductō atque inclūsō, Dāvus redit et "Mārcus" inquit "inclūsus est. Ecce clāvis cubiculī."
6. Mārcus Dāvum sequitur in cubiculum, ubi cruōrem et sordēs ē faciē, manibus, genibus lavat ac vestīmenta mūtat.
7. Nam mellītus erat suamque nōrat
ipsam tam bene quam puella mātrem,
nec sēsē ā gremiō illīus movēbat,
sed circumsiliēns modo hūc modo illūc
ad sōlam dominam usque pīpiābat;
8. quod tū cum olfaciēs, deōs rogābis
tōtum ut tē faciant, Fabulle, nāsum.
9. lingua sed torpet, tenuīs sub artūs
flamma dēmānat, sonitū suōpte
tintinant aurēs, gemina teguntur
lūmina nocte.